Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ceruiunt sup me laqueum mihi
Considerabam ad dexteram et uide
bam et non erat qui cognoscere me
Perit fuga a me et non est qui
requirat animam meam. Clam
auit ad te domine dixi tu es spes
mea portio mea sit in terra uiuen
tium. Intende ad deprecationem
meam quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus
me quia confortati sunt super me
Educ de custodia animam meam
ad confitendum nomini tuo me ex
spectant iusti donec retribuas mihi

Domine exaudi orationem meam au
tibus percipe obsecrationem
meam in ueritate tua exaudi me
in tua iustitia. Et non intres
in iudicium cum seruo tuo quia
non iustificabitur in conspectu tuo
omnis uiuens. Quia persecu
tus est inimicus animam meam
humiliauit in terra uitam meam
Collocauit me in obscuris si
cut mortuos seculi et anxiatus
est super me spiritus meus in me
turbatum est cor meum. Me
mor fui dierum antiquorum
meditatus sum omnibus tuis
et in factis manuum tuarum medi
tabor. Expandi manus meas
ad te anima mea sicut terra si
ne aqua tibi. Velociter exau
di me domine defecit spiritus meus
Non auertas faciem tuam a
me et similis ero descendentibus
in lacum. Auditam fac mihi
mane misericordiam tuam quia
in te speraui. Notam fac
mihi uiam in qua ambulem quia
ad te
leuaui animam meam. Eri
pe me de inimicis meis domine
ad te confugi doce me facere vo
luntatem tuam quia deus meus
es tu. Spiritus tuus bonus deduc
et me in terram rectam propter no
tum domine uiuificabis me in
equitate tua. Educes de tribu
latione animam meam et in misericordia
tua disperdes inimicos meos. Et
perdes omnes qui tribulant animam
meam quoniam ego seruus tuus
sum.

Benedictus dominus
deus meus qui docet ma
nus meas ad pugnam et di
gitos meos ad bellum. Misericordia mea
et refugium meum suscceptor meus
et liberator meus. Protector
meus et in eo speraui qui subdit po
pulum meum sub me. Domi
ne quid est homo quia innotuisti
ei aut filius hominis quia re
putas eum. Homo uanitati
similis factus est dies eius sicut
umbra pertransiunt. Domine in
clina celos tuos et descende tange
montes et fumigabunt. Ful
gura coruscationem et dissipabis
eos emitte sagittas tuas et conturba
bis eos. Emitte manum tuam
de alto erue me et libera me de a
quis multis et de manu filiorum
alienorum. Quorum os locu
tum est uanitatem et dextera eorum
dextera iniquitatis. Deus can
ticum nouum cantabo tibi in psalte
rio decachordo psallam tibi. Qui